

HARYNGVS SIFRIDI COLONIENSIS IV.
reconsul tus.



HAringus Sifridus Sinnama, quē uulgō Hermannum uocarunt, in Hagen oppido Phryxi oriundus fuit. Is amore literarum sese Coloniū contulit, atque Philosophiæ & literis humanioribus operam dedit. Postea uero etiam animum ad iurisprudentiam conuertit, & tantam eius scientiæ cognitionem adeptus fuit, ut non solùm in Gymnasio Coloniensi principem locum obtinuerit, uerū etiam apud principes circumiacentes & Ecclesiarum præfules in magna autoritate fuerit. Erat is ingenio perspicaci, atque multis uirtutibus ornatus, qui legendo, scribendo, & consultando omnem ætatem insumpsit. Scripsit is præclarum opus super titulos Codicis quod libris duodecim distinxit. præterea super tit. ff. Veteris lib. uigintiquatuor, super tit. ff. Inforciati lib. quatuordecim, Super titulos ff. Noui libros duodecim. Super tit. Institutionum libros quatuor. Super tit. decretal. libros quinque. Atque in usus feudorum librum unum. Claruit initio Imperij Maximiliani, Anno millesimo quadrageentesimo nonagesimo quinto.

Trithemius.